

ARITHMETICES

Cum æquali vbiique proportione numerus sequens priorem includit, ut in dupla sequens priorem bis vbiique includit, vt : 2, 4, 8, 16, 32, 64, &c. In tripla ter, vt : 3, 9, 27, 81. In quadrupla quater, vt : 4, 16, 64.

In dupla porrò proportione multiplicatio fit per 2. In tripla per 3. In quadrupla per 4, vt semel 4 sunt 4, quater 4 sunt 16, quater 16 sunt 64, quater 64 sunt 256. Sic iudicandum de reliquis proportionibus, videlicet quintupla, secupla, septupla, octupla, idq; genus.

COMPENDIVM COL- ligendæ progressionis Geometricæ.

IN progressionibus Geometricis addendis, solus primus & vltimus requiritur numerus. Cum igitur tædiosum sit omnes ordinè ad vltimum usq; numerum, quem habere cupis, multiplicare, breuiter hoc pacto, vltimum numerum absg; omnium mediorum inuestigatione habere poteris.

Multiplica primū aliquot tantūm ordine numeros, quibus digitos ordine naturali subscribe, primo versus sinistram loco ponens Ziphram nihil. Secundo unitatem. Tertio 3, & sic deinceps hoc modo.

Exemplum progressionis duplæ.

3, 6,